

videatur: tamen si exercitum iustum, eumque
 bene armatum contra hostem educere possi-
 mus, an non satius fuerit hoc quam paucos at-
 que inerimes periculo offerre? Deus non ita
 pendet e mutu nostro, vt quoties rem temere in
 discrimin adducamus, nos arbitratu nostro iu-
 uare, et inusitata signa potentiae suae dare co-
 gatur. Qui conantur Deo ita praescribere quo-
 dam modo atque legem dare, certe et fallunt se-
 ipsos, et in leges ipsius plane committunt. Chri-
 stus Dominus noster, idemque Filius Dei, omnia
 potuit: tamen cum Satanas ei suaderet, vt se e
 superiore templi parte sine incommodo suo
 praecipitem daret, eaque re potentiam suam di-
 uinam declararet, id noluit, cum per gradus de-
 scendere posset. Atque hoc sui exemplo mo-
 nuit nos, ne si forte facultas eorum, quibus or-
 dine certo et vltato vti possumus, suppetat no-
 bis, eam nos omittamus, et conuertamur ad ea,
 quae inusitata ratione eueniunt, et miraculi cu-
 iusdam singularis vim habent. Quo cautores
 prudentioresque esse videntur, qui cauent, ne
 plus spei quam oportet, in robore exercitus sui
 ponant: et tamen cum possint iustum exerci-
 tum, eumque bene instructum, exercitatumque
 habere, ne eum, qui nec numero, nec virtute ho-
 stibus par non sit, educant. Si vllus alias, ego
 certe spem omnem nostram in Deum conferen-
 dam puto: temeritatem tamen probare nec
 debeo, nec possum: hoc praeferim tempore,
 cum